meis exhibete
Eſtote in ijs quæ uobis impero paratiſſimi.
Ex præceptis meis deſpicite(ſi ſapis)nullū.
Adhibete diligentiā oēm in ꝓſequēdis:quæ impero.
Sola obedientia uos in oēm euentū imperatori ꝗ cōmen/datiſſimos faciet.

¶Titulus uiceſimus.

¶Minatoria turpis familiaris.

Cum nō ſoleāt rōne feræ coerceri:ſed minis:ut Alchmæō inquit poeta:q ferina ſunt natura:eodē uidentur eſſe cohibendi caſtigationis genere. Q̄s ſis ab humanitate diſtract⁹ O bæluarum nō leo ſolus:ſed elephas: cum ignores ipſe: cæteri nō ignorant:auſus es O temerarie in me debacchari:nihil ex ijs omiſiſti quæ ad meū dedecus attineret. Scis eſſe me ijs & diuitijs & cliētelis:ut nihil effugere diſcriminis ualeas:qđ te ſubire cōſtituā. Caue igiť quātū potes:& tibi cōmilitones iſtos tuos lenones : ac reliquū nebulonū genus tuo adiūge lateri. Tuebiť te nullus ordo: ne tandē in meos concidas laqueos. Curabo te aſinū bipedē ad necē uſq; deuerberari. Porcū aūt in cryptis aſſidue cœnoſiſſimū:in cloacis abdine in lucē hoīm ꝓdeas ꝑpetuū: & patriæ dedecus & parentū. Iamdudū tumuiſti uētre iſto abdomine ſuffarcinato:nec minus temulentiſſimis uerbis:ꝗ ebrioſiſſimo ſenſu in oīe ſcelus prolapſus:neq; hoīes metuiſti:nec deū es uerit⁹. Omne facin⁹ licere tibi attēptare duxiſti:quia nemo te furentē correxit:nemo te impudentē caſtigauit. Poſthac aut obibis:aut fies mea caſtigatione minus petulanſ:minus inſolens:minus beſtia. Quid quod te audes mecum uelle conferre? Quid qđ neq; te metiris nec tua ꝗ uilis es officio: ꝗ̄ turpis fama: ꝗ in omniū oculis ignobilis atq; degener? Huic audaciæ opus eſt me correctore:ut pro illo Hieronymi: Qui loqui neſcis: diſcas aliquando conticeſcere: cum tibi ſit lingua in fruſta cædenda:uita uero & ſpurca & intolerabilis. Ex Mediolano pridie Idus Ianuarij.

Alchmæon

Hieronym⁹

i

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Minatoria turpis familiariſſima.

Fac ut intelligas beſtia: q diſpare certemus uoto. Tu nul-
lius eſtimationis: ego aliquis in eorũ numero q habent̃ in
precio. Tu uir necq; qui rem ſemp̱ agis perperã: ego ſine
conſilio nihil. Habebis meo iuſſu mercedẽ & dictorũ me-
orum ſimul & factoꝝ. Nam dignus es mercennarius tuo
precio: qui nihil dicas ueri: nihil nõ iniqui. Debaccharis in
Simia bonos omnis: idq; tibi euenit uſu: qđ Simijs: quæ quo ma
gis in altũ prouehunt̃: eo pudibũda magis detegũt. Dicis
Iuuenalis oſtenſuꝝ te mediũ: ut Iuuenalis ait: mihi reliquiſq; digitũ:
q̃ tibi comminant̃. Potes id & ſoles efficere. Quid ſi & na
tes detectas oſtẽdes? At feres meritũ ob ſtulticiã. Quod
ſi te non piget errati: pœnitebit acceptæ pœnæ tibi debi-
tæ. Ex Mediolano. Idibus Ianuarij.

¶ Minatoria turpis grauis.

Q̃cq; claroꝝ hominũ minæ turpes eſſe non poſſunt: cum
Cleobolus a celebri uiro: ut Cleobolus Lyndius inquit: nihil uel dici
uel fieri turpe quæat: non poſſum non tamẽ obſcœnitate
uerborũ uti in te inuadendo. Quid autem eſt aliud inter
Maro minari: ut placuit Maroni: q̃ uerbis inuadere? Tu nihil uel
omiſiſti: uel prætermiſiſti: quod ad meã turpitudinem at-
tineret: q̃uis ea quoq; turpitudo dici nõ ualeat: quæ bonũ
Auguſtinus uirum quicq̃ falſo diſſeminat: ut Auguſtinꝰ docuit dicẽs:
De bono turpe quicq̃ fictum non durat. Nec turpe qdem
eſt: quod non niſi turpibus fidem facit: niſi omne quod a
turpibus prodierit: turpe uocet̃. Sed niſi reſipiſcis: ex ca-
pro aſinus fies. Caper eſt em̃ hyrcus ſine teſtibꝰ: cuius cõ-
iunx eſt multorũ uſuraria. At aſini ſolẽt ſyluis onuſti ſæpe
domũ duci. Vehere tu qdem hac ſarcina militari præditꝰ:
in quã me uidiſti cloacam: in quem tam impudice locutus
ſis? Num ne tibi uideor dignus: in quẽ inſanias? At ego ti-
bi pharmacũ curatoriũ ſanitatiſ procurabo: aut illam cædi
Iuuenalis tibi ſtudeo uenam: de qua Iuuenalis: O medici mediã per-
Perſius tundite uenam: Et de qua Perſius: Nec enim mihi cornea
fibra eſt. Caue tibi necq; beſtia: ut ſatyrico utar uerbo. Di-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cent aliqui:non eſſe te murē leonis ira dignū:aut cyricem aquilæ furore puniendū. At ego nullū excipio plectendū q me lædat. Nunq̄ enim caſtigarenť inſani:ſi uiuerent ho/die qui Periclis atq̧ Socratis patientiam aduerſus maledicos maleficoſq̧ laudabant. Irridenť nunc q non ulciſcunť iniurias:iniuſtiq̧ ducuntur qui eo tolerantiæ genere alios ad idem inuitant criminis. Ego te cogā in Syllæ pedicularem incidere morbū: & in inſomnia ei⁹ in inſomnietatēq̧ Mariȷ: de q̄ errāt q cenſent Iuuenalē ſenſiſſe cū inqt: Exul ab octaua Mari⁹ bibit. Ego tibi uitā eſſe tedio ſtudebo: ut miſerrim⁹ oīm tibiȷpſi ſis odio:nec a tuis qdē adiuuari ualeas. Ex Mediolano. xix. klʼ. Februarias.

Pericles
Socrates
Sylla
Marius
Iuuenalis

¶ Synonyma minatoria turpia.

Diminueť tibi lingua noſtra opera.
Curabo ut nequeas eſſe loquax.
Afficiam iniuria te nō diſſimili.
Ab me nō inferiorē accipias pœnā:q̄ feceris iniuriā.
Cuſtodi diligēter tibi teſtes:ne caſtoris fias ſimilis.
A mea uigilātia tibi ſūmopere cauendū eſt.
Nihil debes ſtudioſius aīaduertere: q̄ ne pœnā ſtulticiæ (feras.
Aequiſſimus cenſebor:cum te pro tua in me malignitate plectam.
In te unum omī odio inſectandū ero ſollertiſſimus ac unice intentus.
Omni opera tuum interitum:aut ſummam aliquam turpitudinem examinabo.
Ero in te puniedū curioſiſſimus.
Nunq̄ in te ſūma quadā iniuria cōficiendū cōquieſcā.
Adhibebo in tuā pniciē oēm ꝓ ingenio diligentiā.
Nulla me cognoſces in re die noctuq̧ acutiorē:q̄ in exitio tuo ſūma quærēdo cura.
Tunc me tuis defutuꝝ incōmodis inſectatorem crede:cū ignis coire cū unda ſciet.
Cupio ut intelligas dū uiuā: deeſſe mihi acrimoniā uireſq̧ in te odio pſequendū nō poſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fac ut immemor tui ſim prius q̄ tuas obliuiſcar iniurias: & te non plectam.

¶ Titulus uiceſimuſprimus.

¶ Laudatoria familiaris.

Curius noſter om̄i laude cumulatus illud famæ genus cō/ſequi poteſt: de quo Terentius inquit: Homo perpaucorum hominū: imo nullorum: digniſſimus eſt Curij nomine. Is enim de quo tantam omnis hiſtoria mentionē facit: Plutarchi teſtimonio uir fuit: ut frugaliſſimus (& ea quidē frugalitate: quam Cicero uult omnē complecti uirtutem) ſic æquiſſimus fuit: ſi eius reſponſa & Sannitibus & alijs facta diligentius conſiderent. Quid ſi a diligenti per omniū rerum ſibi agendarū curam Curius cœpit appellari? Tu ueto tali tantoq; patre natus ne degeneres: cura non in hoc minus ſis: q̄ in omni probitate: innocentia: prudentia fuerit ille Curius. Video ingenij tui acrimoniam: memoriæ præſtantiā: doctrinā iam pene paternam: aliaq; tum naturæ: tum induſtriæ munera: quibus genitorem ſi non ſuperas: æquas certe. Quibus ſi nō reſpondes augenda laude quæ nuper in tuo nomine iecit fundamēta: certe delaberis: nec quo pacto reſurgas inuenies. Grauis eſt in te commota hoſtium omniū expectatio: quibus ſis uiribus: ut de Curione dicit Tullius: qua uia ſis patri futurus nō diſſimilis: Sed qd ego ea in re dubito quicq̄? Generoſa ſemina in hortis creſcūt ſuis. Pater tibi fuit unic⁹ in Italia ſciētiæ ſplēdor. Tu qdem ab ineūtib⁹ annis bonis litteris deditiſſim⁹. Cenſendū eſt tibi deeſſe nihil poſſe: quo ſis apud poſteros imortalis. Quod ut cōmodi⁹ cōſequaris: me nō habes inferiorē cæteris: q tuis laudib⁹ æternitatē ſcribēdo patrē: qđ aſſidue factur⁹ ſum. Bn̄ uale. Ex Mediolano. xviij. kalēdas Februarias.

Terentius

Plutarchus

Cicero

Tullius

¶ Laudatoria familiariſſima.

Non ero in dicēdo longior. Vidi quæ ſcripſiſti ſingula. Sū tuum acumen admiratus. Eloquentiam uero tuarum epiſtolarū tanti feci ut nullius poſſim efficere pluris: uel ue/